conceditur. Dixi enim
pronuntiabo aduerſus
me iniuſtitiam meam
dn̄o. & tu remiſiſti im
pietatem cordis mei.
Et iterum. narra tu ini
quitates tuas primus.
ut iuſtificeris. Per adflic
tionem quoque cordis
& corporis admiſſorū
ſcelerum remiſſio ſimi
liter obtinetur. Nam
uide inquid humilita
tem meam & laborem
meū & dimitte omnia
peccata mea. Precipueq;
per emendationem morū.
Auferte malum inquid
cogitationum ueſtrarum
ab oculis meis. quieſcite
agere peruerſe. diſcite
benefacere. querite iu
dicium. ſubuenite oppreſ
ſo. iudicate pupillo.
defendite uiduam. &
uenite & arguite me di
cit dn̄s. Et ſi fuerint
peccata ueſtra ut coccinū
uelut nix dealbabuntur.
Si fuerint rubra quaſi uer
miculus. uelut lana erunt.
Interdum & iam interceſſio
ne ſcōrum. impetratur
uenia delictorum. qui
enim ſcit fratrem ſuum
peccare peccatum non ad
mortem. petet & dabit
ei uitam dr̄ peccanti non
ad mortem. & iterum.
infirmatur quis ex uobis.
inducat presbiteros ec
cleſię. & orent ſup eum.
unguentes eum oleo in
nomine dn̄i. & oratio
fidei ſaluabit infirmum.
Et alleuabit eum dn̄s. Et
ſi in peccatis ſit dimitten
tur ei. Nonnumquam mi
ſericordię ac fidei merito
labes excoquitur uitio
rum. ſecundum illud.
per miſericordiam & fidē
purgantur peccata. per
conuerſionē plerumq;
ac ſalutem eorū qui nr̄is
monitis ac predicatione